



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLI. Die von Dreinleben entsagen Ansprüchen an das Kloster Hillersleben,
am 18. November 1304.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

molestie ferentes nichilominus contradicentes quicquid de ipso temere et contra justiciam fuerit usurpatum.

Cop. I, fol. 23.

**XLI. Die von Dreinleben entsagen Ansprüchen an das Kloster Hillersleben,
am 18. November 1304.**

In nomine domini amen. Ad futuram geste rei memoriam Nos hinricus et bor.; milites, et conradus, fratres dicti de dreinleue in hys scriptis recognoscendo publice protestamur, Quod inter patrem nostrum, dominum wilhelmum bone memorie, et nos et ecclesiam in hildefleue pro quadam lignorum diuisione, que vvlgariter dicitur marchschedinge, in campo herberdesfleue dubietas et discordia iam longo tempore sit orta, sed nunc nos a senibus edocti atque a consanguineis ac fautoribus nostris instructi, quod uiolenciam ac iniuriam iam dicte fecerimus ecclesie, Ideoque ob karitatis diuine amorem et domini Johannis abbatis totiusque sui conuentus petitionem pro hac diuisione uel marschedinge ecclesiam in hildefleue amplius nullo modo facto uel opere uolumus inquietare et ut ista permaneant firma et inconuulsa nostrorum munimine sigillorum ac nostrorum amicorum scilicet conradi nobilis de meyersem, et domini ludolfi de esbek e, domini bor. de berewinkele, brunonis de eylefleue hanc presentem paginam in huius rei testimonium duximus roborandam. Acta sunt hec anno domini M^o. CCC^o. III^o. In octaua beati martini episcopi.

Cop. I, fol. 21.

**XLII. Abt Johann von Hillersleben verkauft Gebungen zum Leibgedinge eines seiner Mönche,
die nach dessen Tode dem Convent wieder zufallen sollen, am 14. April 1309.**

Johannes, dei gracia abbas in hildefleue, omnibus cristi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit in uero salutari salutem. Ne cum tempore transeant, que fiunt in tempore, scriptis solent et testium subscripcionibus roborari. Nouerint igitur vniuersi presentis temporis et futuri, quod ego Johannes, dei gracia Abbas in hildefleue, cum assensu totius capituli, Wendidi lucie de soltwedele pro decem marcis dimidium chorum tritici in villa meyscendorp, qui circa festum martini dabitur, et in villa nostra hildefleue quinque solidos de duabus areis, qui in communibus persoluentur: hec predicta dabuntur filio ipsius vidue, hinrico, confratri nostro, temporibus vite sue. Insuper post obitum eiusdem hinrici hec omnia transibunt ad karitatem do-